



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

22. Dies Septemb. Plus vigilare, plus vivere est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

riaris, cum infinito opere Incarnationis, Eu-
sticæ, & Passionis : nōnne prae verecundia, frons
decidet? Deus, qui est totum, se exinanivit pro-
tu qui es nihil, te putas aliquid contra Deum,
cogitans, quæ non fecit Deus, non se humiliet,
non praecipitaverit ad inferos, post primum
tuum, ut fecit Angelis? Licet adeò essemus
capti, & animo cæci, ut non videremus ullamini-
bis sceleris labem, plus tamen deberemus nos-
cere, quod Dei gratiæ non plura praestamus prop-
Deum, quām ob vermes, in quos sumus converte-
di: ob sperma fœtidum, unde geniti sumus; ob
des, quibus cum geniti fuimus, obnoxii sumus;
miserias corporis, quibus involvimus, ob peni-
animæ, quibus exponimus. O quām apposuit Aug-
ustinus: (a) Magis cogitare debetis, quid vobis desit, quid
quid vobis adsit. Quod habes, cave, ne perdas. Quadrum
dum habes, supplica, ut habeas. In quantis sis minor,
considerandum, non in quantis sis major. Si enim cognos-
quantum praecessisti alterum, cave tumorem, si vero ag-
tas, quantum tibi deest, ingemiscis. Curaris, humilia-
eris, tutior ambulabis, non praecipitaberis. Involve te ip-
tur pallio humilitatis, & late, & frueris magnan-
pace.

Si sapis ergo lata, bona res est vivere pace.

22. DIES SEPTEMB.

Plus vigilare, plus vivere est. Chrysologus
Sermon. 24.

(a) *Super Matt. serm. 59.*

Sept. Septemb.

Tessera.

751

Sicut Vigilantia, virtutum omnium, quæ mores excolunt, clausula. Magno labore comparatas virtutes, nullobore amittes, nisi velet è speculâ, ut conserven-
tur, excubet Vigilantia. Hæc ad omnem vitæ par-
tim, & officii genus est in primis necessaria, ut potè
que per omnia, tum divina, tum humana latè fun-
datur. Illa est Regina atrium, quas omnes genio suo
sublime tollit, atque in officinas, bonam copiam
inducit, pleno cornu, ubere fructu, lætiissimâ felici-
tate. Et cùm Regnum cœlorum vim piaziatur, illa
obtibz arma dat in manus, igneaque romphæam,
qua forez illæ adamantine rumpantur, atque diffili-
ne, ut violenti in beatam illam possessionem ad-
mittantur. Illa nobis texit coronas, vim, & ardor-
em suggerit, gloriae characterem inurit, impetum
vult ad æternitatem. Sine hâc, virtus excutitur,
libit vitium, salus periclitatur; adeoque est apex
Christianæ perfectionis. Hinc Moyses ad Vigilan-
tiam hoc verborum compendio monet: (a) Attende
tibi ipsi. Id est, omnibus viribus: tum naturæ, tum
gratiae ad hoc contendas, ut tibi attendas. Non ad-
hibeas præcipuam curam in comenda pulchritudine
corporis, atque indies venustanda, in augendis opib-
bus, in conciliandis tibi honoribus, quæ diffluunt:
sed attende tibi ipsi. Hoc est, invigilia animæ tuæ,
in qua tu totuses, in qua melior tui portio est: hæc
tecura dies, noctesque stimulet.

II. Tanti debes astimare Vigilantiam, quan-
tum quo nihil tibi charius, ipsam vitam. Quia
idem

I. S. (a) Deut. 4. 9.

idem est vigilare, quod vivere; hinc recte Chrysostomus: (a) *Quid tam morti simile, quam dormientium? Quid tam vita plenum, quam forma vigilantis? Quis, quod tempus, que potestas, quod officium, non lucra, lucubratione perquirit?* Hinc est, quod Reges et cuncti peregrinantes, callidi hostis, praecaveret, & evitaret insulae tunc in castris miles supervenientes nocturnos impetus, cum per noctatione propellit: sic nauta vigilando, diffusi inter incertas vias intrat, & calles transit invios, & rufi furtivo ad lucrosi portus vocivan pervenit mansionem. Hoc pastor adjungit noctes diebus, & totum sibi tempus denegat dormiendi, ne qua lupus, suffragante somno, griffando gregem prebeat occasio. Habes hic simul, & sensim conglobata commoda omnia, quae parit Vigilia corporis, plura & majora consequeris ex Vigiliantia nostram. Sed potissimum invigila voluntati, & rationi. Hac sine illa cæca est. Vide, ut recte libertas utaris: paris est artis mala fugere, bona sectari; non minoris, moderari affectiones, quae si modum non retinent, in vicia desinunt. Id ne eveniat, mentis arbitrio rege, non placito cupiditatis. Invigila etiam gratiae, utere illa ut vitæ carlestis in terris magistrorum si negligis, gratus esse desinis, & rei nobilissimæ sumمام injuriam affers. Recte uteris, si omnem illam actionem condis, si desis gratiae, deerit tibi gratia, deseret te gratiae auctor. Succedit gratiae offensa ejus, quem habere offendit, est exitio et obnoxium.

III. Invigila & gratiae affectis, virtutibus; quorum confortio, ut solet Gratia gaudere, ita præsidio non debet carere. Ubi languet Virtus, fervor cupi-

(a) Supra

Septem
e & tè Chry
ormientia
gilantia
um, non
od Regis
vitatis infusa
npetuus, ca
diffusus illu
, & refi
sionem. H
empus deneg
graffandi
l, & sen
Vigilia co
igilantia
, & ratio
tè libertas
etari; nou
odum non
mentis au
igila etiam
s magistr
in nobilitati
s, si om
destituti
det gratia
exitio esse

cupiditas. Ab hoc fonte vitia omnia promanant, unde tanquam ab Apennino flumen, peccatorum omnium divortia fiunt. Cave umbram Virtutis, præ virtute ostentes, nihil inter homines communius; nihil homini miseriùs, non amplectere tantum illam, quæ mollis est, qualis ubi est, vera virtus non est. Nè oderis, ubi aspera est, qualis cum semper est, ubique nosa erit. Invigila denique præ omnibus Tibi ipsi, ut tibi debes esse instar omnium. Age, quod agendum est, quod videlicet jubet præceptum, suadet consilium, monet officium. Age etiam non agere, nisi Dominus, non negotiorum famulus. Si moratur difficultas, invitat gratiæ auxilium, Dei placitum, laboris præmium: ut rectè agas, agenda prævide, quod agis, attende, quæ egisti, respice. Discerne agenda, liceatne, an expeditat an deceat soleasne ex virtute, an ex consuetudine. Debeasne, quia præceptum, quia votum, quia propositum est. Quæ animæ passio actioni præsideat, timorne pœnæ, an deßiderium gloriae: odium culpæ, an amor justitiae, ut Deo placeas, an ut illum tibi places? Hæc sunt circa quæ debet se occupare Vigilantia. Denique, ut vigiles, cogita te esse in curriculo stadiodremum, in circu Athletam, in campo militem, in palestrâ pugilem, adeoque necesse est te semper esse vigilem; itaque:

Si cupis esse pugil, jugiter esto vigil,

Bbb

PAYS III.

23. DIES